Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Cornelius Centurio. S. Adeloga. V. S. Laurentius Epis. 2. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Cornelius centurio Cohortis Italicæ in Cæſarea Paleſtinæ ſtatiua habens Naturæ legem ſequens Deo erat deuotus, ſed Chriſti gratiæ ignarus, ad hanc tamen angelo ſuo monẽte pervenit, accerſitoque S. Petro Apoſtolo baptizatus & ſpiritu S. impletus cum domo ſua, militiam Chriſti meliorem ſequi exorſus, eiuſdem vrbis Epiſcopatum adeptus eſſe narratur.

2. S. Adeloqa V. cum alijs eiuſdem ſexus perſonis ex Anglia in Germaniam adnavigauit, atque vti viri eiuſdem nationis ſancti viros præcipue ad fidem inſtruebant, ipſa & ſociæ eius fæmellas ad eandem perducere ſatagebant animo & ſpiritu Apoſtolico, circa A. 690.

3. S. Laurentius Roma in Angliam miſſus Apoſtolatus honorem Epiſcopatu & zelo & miraculorum gloria impleuit, circa A. 620.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Cornelius Centurio. S. Adêloga V.
S. Laurentius Epiſ. 2 Feb.

Manſuetudo.

Ieiunantem omnium maximè docet iram temperare. Chryſoſt.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, quas in B Cornelij centurionis (B Adelogæ V. S. Laurentij Epiſ.) ſolemnitate deferimus ut qui noſtræ Iuſtitiæ fiduciam non habemus, eius precibus adiuvemur. Per D. N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro hac urbe, &c.